Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et angelo thyatire ecclie scribe hec dicit filius dei qui habet
lapidem oculos flammae ignis et pedes eius similes
aurichalco Noui opera tua et caritatem et fidem et mini
sterium et patiencia tua et opera tua nouissima plura po
ribus Tu Sed habes adversus te quod permittis
mulierem iezabel quae se dicit prophetam docere et seducere
seruos meos fornicari et manducare de idolothitis
Dedi illi tempus vt penitenciam ageret et non vult penitere
a fornicatione sua Ecce ego mitto eam in lectu
t qui mechantur cum ea in tribulacione magna nisi penitencia egerint
ab operibus suis et filios eius mortificabo in morte Ad laudes vt s. Ad vs an
illa alla alla ps Laudate Dnm Feria quinta Ad noct
an Dum fleo ad monumentum ave vidi Dnm meum
ave ps Paratum cor meum v Que queis lectiones
Et angelo ecclie sardis scribe hec dicit qui habet septem
spiritus dei et septem stellas Scio opera tua quia nomen habes
quod viuas sed mortuus es Esto vigilans et confirma
cetera quae mortua erant Non enim inuenio opera tua plena coram
deo meo In mente ergo habe qualiter acceperis
et audieris et serua et penitenciam age Quod si ergo
non vigilaueris veniam ad te tanquam fur et nescies
qua hora veniam ad te Sed habes paucia nomina
in sardis quae non inquinauerunt vestimenta sua et
ambulabunt mecum in albis quia digni sunt Tu
Ad laudes vt sup Nota quod festum lancee et cla
uorum dni omni anno prima feria sexta post octauas
pasche celebrat Et dumum festum facit Et si
illa die occurrit festum tunc a die lanceae antica
pet. vel proponat Quia si festum bmi occurrit cum festum
[illegible] differunt vsque in prima feriam
[illegible] sequitur hystoria de lancea et cla
uorum dni Ad vesperas super psalmos Anti